



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

279 Monachus potest fieri non monachus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

§. 1. 10. q. 2.) & non resecrationis re integra manente seu formam suam retinente dum reuocatur in vsus prophanos. verùm de resecratione degradationi similima nos plura diximus in Antiquitatibus nostris Ecclesiasticis in Syntagmate de iure prouentuum Ecclesiasticorum ad c. 2. de testam. nu. 34. & seqq. vbi docuimus & Monachos Deo votos atque cōsecratos posse per Summi Pōtificis ita dispensantis resecrationem desinere esse monachos, cūm characterē non imprimat monachis Professio monastica, sicut imprimat Sacerdotalis ordo Sacerdotibus (vt & Ordines alij ordinatis aliis) qui nunquam desinunt esse Sacerdotes etiam si degradarentur. c. quōd quidam. §. si fortē. & §. degradatus. 1. quæst. 1. Cæterum præter hos tres rerum sacrarum & quidem etiam spiritualium gradus reperitur & quartum quoddam genus rerum non quidem spiritualium propriè dictarum sed sacrarum nihilominus, vel in perpetuū Deo vel Ecclesiæ dicatarum, citra consecrationis vcz vllius interuentionē; qualia sunt prædia resq; similes & mobiles & immobiles & corporales & incorporales & animatæ & inanimatæ quarūlibet Ecclesiarum: tales enim res adnumerari sacris rebus, & in iis per sese etiam solis cōmitti sacrilegium, quāuis non simoniā, eo quōd spirituales non sint, docemur ex c. nulli. & c. prædia. 12. q. 2. Quod & ipse D. Thomas agnoscit 2. 2. quæstion. 99. artic. 3. Quales quidem res licet ex natura sua per se (quod consecratæ non

278  
Resecratio  
nostris igno-  
ta.

279  
Monachus  
potest fieri nō  
monachus.

280  
4. Res sacra  
quarta seu ge-  
neris seu gra-  
dus, vt fundi  
similesq; res  
Ecclesiarum  
perpetue.

k iij sint